



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Catharina Virg. & Mart. 25. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Nov. VITÆ SANCTORUM. 739
Martyris hastâ & prostridie cruentâ pro-
bitam esse. Atque hec puto etiam Soda-
bus aurem vellicabit, quæ semper M A-
REM audit, etiam nonnumquam eam
ad dicem esse. Ex Baron. & Metaphr.

Audes aperire os tuum, & in cælum ju-
menta atque blasphemias enittere? Eg-
o non times ne forte falx ignea; quam Prophé-
tus vidit, demoretur in domo tua, teq[ue] ex-
cidat, qui sic audes aperire os aduersus
Deum, in quem Angeli non audent oculos
injicere? S. Ephrem paræn. 43.

S. CATHARINA VIRG. & MART.
25. Novembris.

P Alladem Christianam damus, C A-
THARINAM inquam, fortissimam
virginem &c sanctorum Musarum di-
gnissimam Präsidem, non ægide aut ha-
stâ mendaci, sed rotâ fractâ & lacteo
gladio formosam. Ausa est hæc una ex
omni Alexandriâ Diis sacrificantein Ma-
xiimum interpellare, stultitiaeque pro-
palam arguere, quin captiva cum quin-
quagenis Philosophis pro Christo in
arenam descendere. Et fassili sunt tot viri
à virginе se victos, & in flammas abje-
cti, manus Deo, & palmam CATHARI-
NA dederunt. Illuc CATHARINA et-
iam Imperatricem, quæ ad vinclam invi-
serat, carcerique præfectum Porphyrium
cum suis præmisit. Ipsa ultima cum

Aaa 2

ty-

740 VITÆ SANCTORUM. 25. Nov.
tyranno commissa primas tamen abstulit. Nam carceris tenebras cur non superpexisset, in quibus præsentem illi licuit Christum aspicere? Iam verbera ac plaga facile tulit, cum idem, ut promiserat, rubor suppeditaret. Negatum vero undecim ipsos dies cibum potumque et jam contempsit, cum commeatus e cælo suppeteret. Quid? ingeniosam in tormenta rotam, velut melior fortuna calcavit. Denique virtum (ut nobilis avi nostri Poëta ait) credidisses, nisi cum caput ensis abstulit, virginem lac, quo pro sanguine fluxit, prodidisset. Meruit tanta virtus ab Angelis in monte Sintumulari, & è tumulo hodie etiam CATHARINA oleum terris dividit; ut quod de suâ Pallade finkit antiquitas, de nostrâ sine mendacio possimus affirmare. Ex Metaphr.

*Virgo Christus est, & Virginis filius,
& virginem conjugem vult habere. Tu
habes Angelicam (plus dico vobis) Christi
Matrisque suæ gratiam, hilaresce, in
pudia, & in amplexus Christi gestiens,
illud amatorium clama suspirans; Oscu-
letur me osculo ori sui. S. Bern. in E-
vangel. de 10. virg.*

S. CON-